Hinc ſice: hinc uenena hinc falſa teſtamenta naſcuntur. hinc furta. hinc peculatus expilationes. direptiones ſotioru̅ & ciuium. Hinc opum nimiaru̅ potentie non ferende.

Postremo etiam in liberis ciuitatibꝫ exiſtunt regnandi cupiditates. quibus nihil nec tetriꝰ nec fedius excogitari poteſt.

Si omnes deos hominesqꝫ celare poſſimus: mihi tamen auare nihil iniuſte: nihil libidinoſe n̄ incontinenter eſſe faciendum.

Hinc ille Gyges inducitur a Platone: qui cum terre diſceſſiſſet: magnis quibuſda̅ hymbribꝫ in illu̅ hiatu̅ deſcendit: eneu̅qꝫ equu̅: ut feru̅t fabule: aiaduertit: cuius in lateribus fores eſſent: quibus apertis: hominis mortui uidit corpus magnitudine inuſitata anulu̅qꝫ aureum in digito: que̅ ut detraxit: ipſe induit. erat au̅t regius paſtor. Tum in conciliu̅ paſtoru̅ ſe recepit. ibi cu̅ palla̅ eius anuli ad palma̅ conuerterat: a nullo uidebatur. ipſe au̅t omnia uidebat. Idem rurſus uidebat: cu̅ in locum anulu̅ inuerterat. Itaqꝫ hac oppitunitate anuli uſus. Regine ſtupru̅ intulit: eaqꝫ adiutrice regem dominu̅